ceorum publice Proinde mittit fidelibus suis Pisanis, ut in tantis necessitatibus mittant presidia. Paduani his auditis a muris pictas aquilas detraxerunt. Post hoc egressus Janua cesar in Portum Veneris quasi diebus XL perstitit tempestate suborta. Inde Pisas profectus nullo strepitu, Romanorum tantum factionibus confisus per Plumbinum ac Maritimam Viterbium petiit. Exinde a clero et Romanorum parte Rome susceptus in Lateranense palacium introductus est. Et post convivium quasi familiare evocatis absque differentia nobilibus ait: Quid me, o quirites, huc attraxit? Amor certe Romani extollendi imperii, cuius pene defectione Romanus mundo quasi barbarus fit ignotus. Quid frequentes littere, quid nuncii celebres totiens petierunt nisi ut meum carum visitem senatum populumque Romanum! Venio + ne violenter invasor? A Clemente papa missus tres cardinales testes adduco. Frustra ne ergo missus admum, vocatus adveni. Scientia proinde in huius civitate convicii, que vota dicciunt, quibus vobis fulcientibus adiuver, id edat opcio singulorum. Tunc Stephanus de Columpna, + senior et sua despondit, Nicolaus de Milite, + milicie decus a Karolo se suscepisse ait protestans nil esse propositi eius posteris nullatenus adver-

actabant C.

susceptus C.

+ f. 270 recto col. 1.

opcio C.